Mythologia, Padoue, 1616 - 13 : Junon déesse du mariage

2 médaillons

Auteur(s) : Ferroverde, Filippo (graveur)

Collection Série C - 1615. Filippo Ferroverde, Nove Imagini degli dei (Padoue)

Nove Imagini, Padoue, 1615 - 057 : Junon déesse du mariage *a pour reproduction ce document*

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Présentation du document

Publication*Mythologiae, siue, Explicationis fabularum libri decem*, Patavii, Apud Petrumpaulum Tozzium, ex typographeio Laurentij Pasquati, 1616
ExemplaireHathiTrust : Getty Research Institute - https://catalog.hathitrust.org/Record/100240830
Formatin-4
Paginationp. 67
Exposition virtuelleLa "Mythologie" et ses gravures
Notice créée par Maria Laura Cucciniello Notice créée le 11/09/2023 Dernière modification le 25/11/2024

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/7732?context=pdf

Fichier issu d'une p

giuos, qui maximo eam habent in honore, in Iunonis templo, eius ſtatua ſedens in throno cum ſceptro, & cuculo ſuper ſceptro, erecta fuit, vt ait Dorotheus in lib. 2. Metamorph. Lucianus autem in mortuorum dialogis ſcriptum reliquit ex inſtituto Perſarum & Aſſyriorum id feciſſe Iouem, quibus mos fuit vel ſanguine coniunctas vxores ducere. Poſtea Iuno nuptiis præfecta fuit: atque cum Iunoni ante nuptias ſacrificaretur, fel victimarũ poſt altare abiiciebatur.

HAEC filios Martẽ, Argen, Ilithyam, & Heben dicitur habuiſſe, vt teſtatur Pauſanias in Corinthiacis. Atque Lucianus in iiſdem dialogis Iunonem ſcribit citra vllum congreſſum maris è ſubuentaneo conceptu grauidam Vulcanum peperiſſe. Fabulati ſunt pręterea fontem fuiſſe apud Argiuos, cui Canatho nomen fuit, in quo proditum eſt Iunonem, vbi quot annis ſe lauerit: denuo virginem fieri: qui ſermo manauit ab arcanis initiorum & myſteriorum, quę ſolenni ritu apud illos fiebant, vt ait Lyſimachus Alexandrinus lib. 13. rerum Thebanarum, & Pauſ. in Corinthiacis. Fabulantur Iunonem aliquando iratam Ioui in Eubœam receſſiſſe, quam cũ Iupiter placare nullo pacto potuiſſet, ad Cithęronem adiit Platęenſium regem, callidiſſimum tunc omnium mortalium, eius monitu Iupiter ſimulacrum è ligno fabricauit, quod veſtimentis egregiè indutum plauſtro impoſuit, famamq́ue edidit ſe Platęam Aſopi filiam eſſe ducturum: id intelligens Iuno zelotypia capta ad plauſtrum irruit, veſtes diſcidit, fraudem cognouit: quare ridens facilè cum Ioue in gratiam rediit, vt ſcripſit Dorotheus in lib. 2. narrationum fabuloſarum. Hęc eadem matrimoniorum præſes ab antiquis dicebatur, vt ſenſit Virgil. libro quarto Aen.

Iunoni ante omnes, cui vincla iugalia curæ.

Digitized by INTERNET ARCHIVE
Original from THE GETTY RESEARCH INSTITUTE

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/7732?context=pdf